ſolertiſſimus & prudentiſſimus neq; ergo tantæ inſolentiæ erit ipſe arguẽs.fatebat' uelle trahere ad parilẽ influentiã tam multa diuerſiſſimi generis effectuũ diuerſiſſimorũ & euentuũ eodẽ tpe in unius regionis terra eidẽ cœlo ſubdita concepta & nata intelligẽdo p parilẽ influentiã generalẽ quandã cãm cœleſtẽ taliũ pductiuã cum diuerſiſſimi effectus ex ordine naturæ diuerſiſſimas hẽant cãs ſecũdas. Aſtro. Profecto arguens hic toruo oculo dicta aſtronomorũ inſpiciebat ſi tam diuerſa iudicet aſtronomos ad parilẽ influentiã numero pciſe referre ſicut ſemper ex parili influxu.i.directione parilem ægritudinem iudicamus.hoc.n.eſſet impoſſibile de uirtute ſermonis licet aliqua particularis cauſa diuerſa quandoq; producat.ſol.n.calefaciẽdo lutum & glaciem eadem & diuerſa operatur ſicut & de igne qui eiſdem radiis mollificat plumbum & indurat laterẽ tum in propoſito nõ ita ſtricte parilẽ influxum cauſam tam diuerſiſſimorum effectuũ in terra unius regiõis eodẽ tpe eidemq; cœlo ſubditorum eſſe intelligimus:ſed largius dicunt aſtronomi.ſub eadem.n.influentia gemini uel non gemini & diuerſa naſcuntur. Ideſt ſub eadẽ armonia cœleſti in qua multæ cõcurrunt armoniæ diuerſæ ſimiles & cõtrariæ ſub diuerſis Zenit in una tam terra ſecũdum ſuſcipientiũ materiarũ diuerſitatem & locorum uariam diſpoſitionẽ diuerſa & diuerſiſſima. Imo contraria producuntur & ſimilia ſecundum ꝙ exigit profectio uniuerſi:ut de napello & eius cepe & mure euidentiſſime demonſtratur & de multis aliis in naturalibus hiſtoriis recitatis .tot enim radiorũ coniectiones & ſtellarum combinationes fiunt continue in mũdo ſuperiori ſimiles & diuerſæ ꝙ diuerſitates rerum producuntur in mundo elementorum & ſimilitudines ita adeo ſtellarum diſpoſitio mundum elementorum diſponit ꝙ nulla ſubſtantia corporalis nullum accidens hic ſubſiſtit quod in cœlo ſuo modo non ſit figuratum & ex eo quidem & ſtellarum radiis etiam cœli radiis in mundum immiſſis non dubitatur puenire. Dicit Albertus Magnus in ſpeculo aſtronomiæ ꝙ una eſt hæc præcipua probatio ꝙ Deus ſit unus ſolus glorioſus altiſſimus in cœlo & in terra ſi uidelicet motus inferior motui ſuperiori obedit ſi enim eſſent diuerſa principia aut haberet Deus participem contrarium obedientia non eſſet permanens: & fixa inferio